



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1248. Usque Ad Annum 1276

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1765

VD18 90118243

§.10. Patriarchatus Bituricensis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66255](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66255)

Sæcul. XIII. tangunt sodalitia, quæ nonnunquam de-
A.C. 1255. generabant in conjurationes contra jura
 & libertatem Ecclesiæ. Idcirco Conci-
6.29.30. lium prohibet, ne sodales in sua capita
 Comites eligant, vel sanctiones, ad bo-
 num Ecclesiæ aut publicum non tenden-
 tes, & sine Parochi sui consensu fa-
 ciant.

§. X.

Patriarchatus Bituricensis.

*Patr. Bitu-
ric. p. 116.*

*Sup. lib. 51.
§. 8.*

*Thomass.
discipl. par.
4. lib. 1. c. 11.*

Archiepiscopus Burdigalensis Bituricen-
 sem pro Primate suo tum temporis
 agnoscebat, ut demonstrat epistola ab eo-
 dem Gerardo Malemortio 28 Oct. an. 1247
 ad Philippum Berruerium tunc Archie-
 piscopum Bituricensem scripta; a quo
 iussus erat se præparare ad ipsum inspe-
 ctionis causa recipiendum, idque Suffra-
 ganeos suos edocere; & cui Gerardus re-
 posuit, se ad eum honorifice excipiendum,
 & ad mandata ejus exequenda paratum
 esse. Primatum seu Patriarchatum Bi-
 turicensem jam inde a seculo nono ere-
 ctum vidimus, quia Bituricæ Regni A-
 quitanici urbs princeps erant: & tunc
 Primatus ille tres in provincias, Narbo-
 nensem, Auscanam, & Burdigalensem se
 porrigebat.

Narbonensis primum, dein Auscana
 se ab illo disjunxit: sed Burdigalensis in
 obse-

obsequio mansit: & Bituricensem potestatem in hanc provinciam confirmavit inter alia diploma Papæ Eugenii III. an. 1146 datum. Reges Angliæ Duces Aquitanix facti Burdigalam jurisdictioni Bituricensi subducere volebant. At Rex Philippus Augustus rem Papæ Innocentio III. conquerens orabat, ut is jura hujus Ecclesiæ, quæ sola in regno Gallico Patriarchalis esset, conservaret. Scripsit mense Maio an. 1211. Anno sequente idem Papa ratam habuit sententiam, qua Archiepiscopus Bituricensis Burdigalensem ob ipsius absentiam a suo concilio functionibus ad tempus abstinere jusserat; nec prius absolvit, quam is promitteret, se concilio Bituricensi, quando vocatus esset, interfore. Denique hoc ipso anno 1255. Cardinalis Octavianus jubente Papa præscriptum fecit, Archiepiscopi Bituricensis inspectionem in provinciam Burdigalensem tractans, quod Alexander IV. approbavit.

Sæcul. XIII.
A.C. 1255.

Patr. p. 88.

Gall. Chr. to. I. p. 74.

Inn. III. lib. XV. post. 43

130.

XVI. ep. 66.

ap. Rayn. n. 41.

§. XI.

B. Philippus Berruerius.

Philippus Berruerius quatuordecim annis Aurelianensem tenuerat sedem, cum ad Bituricensem translatus est an. 1236. Simone Solliacensi an. 1232 vita functo, aliquoties frustra in suffragia itum;

Sup. lib. 78.

§. 61.